

ubi qui ipsi dominantem habent religionem, ægerime admittant, et eorum exercitium, quantum possunt, restringant? Nondum eo ævo seu tempore, reformationis illa libido, et vaga libertas sentiendi in materia religionis, ille indifferentismus et syncretismus invaluit, qui nunc plurimum animos occupat, sectis quibuscunque januam aperit, et introitum permittit liberum, illis etiam, quos jus naturæ ex omni orbe proscriptos vult, et eliminatos, quales sunt ipsi etiam athei, et indifferentistæ. Nondum invaluit illud: « sunt boni cives, quieti, pacifici: ergo tolerandi: » quidquid deinde sit de bono religionis, quæ in ultimis habetur curis, quemadmodum

TONSURA.

1. Tonsura sit, necne, ordo, non est definitum. Benedictus XIV. constitut. incip. *Ad audientiam*, § 22.

(2. Alia ad rem, vide verb. *ORDO*, art. 1, a num. 8 ad 15, et art. 2, n. 1.

TRADITIONES.

SUMMARIUM.

1. Traditio generatim sumpta quid sit?—2. Traditio speciatim, et prout moris est magis stricte sumpta, quid sit?—3. Traditio dividitur in divinam, Apostolicam et ecclesiasticam, et quæ sit istarum quælibet?—4. Præter sacram Scripturam, seu verbum Dei scriptum, admittendæ et observandæ sunt traditiones Apostolico-divinæ, seu verbum

(1. Traditio generatim sumpta est doctrina successive per tempora ab uno in alterum transmissa, sive interim scripta sit, sive non. Sic in re communis doctorum.

(2. Traditio autem speciatim, et prout moris est, magis stricte sumpta, est doctrina non scripta a primo suo auctore, seu ab exordio, licet postea ab aliis fuerit conscripta, et per codices ad nos transmissa. Sic doctores communiter.

(3. Traditio dividitur in divinam, Apostolicam et ecclesiasticam. Traditio divina, seu verbum Dei non scriptum est doctrina fidei et morum, non scripta in libris Canonicis, sed ex ore Christi docentis immediate apostolos procedens, vel a Spiritu sancto iisdem dictata, et ab eis viva voce Ecclesiæ tradita, et continua successione in posteros ad nos usque transmissa, et in Ecclesia catholica pro revelata a Deo semper habita, qualis traditio potissimum habetur circa materiam et formam sacramentorum, circa perpetuam virginitatem B. M. Virginis, et hujusmodi in Ecclesia catholica perpetuo conservata, licet in sacra Scriptura expresse non habeatur. Traditio Apostolica, licet interdum soleat confundi cum divina, eo quod per apostolos, ut Christi præcones, seu nomine Christi loquentes, viva voce fuerit Ecclesiæ tradita, seu promulgata, proprie tamen est illa, quæ ab apostolis ex instinctu Spiritus sancti primo viva voce profecta est, et ab ipsis ad nos usque per majores intermedios transmissa; quamvis in eorum libris et Epistolis non reperiatur expressa, uti est jejuniium Quadragesimæ, observatio dici

supra dictum fuit. Aut ergo intentio paci-scientium fuit excludendi omnes alias religiones, aut syncretismus aliquem, qui universale scutum sectarum, ac errorum, novitatumque clypeus est, in imperium introducendi, ibidem fovendi ac tuendi. Illud primum loquitur littera; istud alterum dicere nos Catholici erubescimus, et nec honos Protestantorum, qui zelantes pro bono suæ religionis videri cupiunt, permittit. Hactenus cl. Zallwein, quem fere exscripsimus. Vide infra v. ZIZANIA, quorum parabola *Matth. XIII*, maxime abuti protestantes solent, ut quamvis religionem tolerandam esse suadeant.

Dei non scriptum. — 5. Traditiones divinæ sunt infallibiles fidei regulæ, ac verbum Dei scriptum. — 6. Traditiones pure Apostolicæ et pure ecclesiasticæ, quamvis non habeant parem cum traditionibus divinis, seu apostolico-divinis auctoritatem, nihilominus sunt ab omnibus observandæ, si sint universales. — 7. Imo tales traditiones violans est anathema.

Dominicæ loco Sabbati, et alia hujusmodi. Traditio ecclesiastica proprie est illa, quæ nec a Christo, neque ab apostolis, sed post Christi ascensionem, et apostolorum mortem, est ab Ecclesiæ auctoritate, aut praxi, aut prælatis inchoata, et in populum fidelem introducta, uti est consecratio ecclesiarum et altarium, abstinencia a carnibus, ovis et lacticiis certis diebus, aliquorum jejuniorum et festorum observantia, et alia hujusmodi.

(4. Præter sacram Scripturam, seu verbum Dei scriptum, admittendæ et observandæ sunt traditiones Apostolico-divinæ, seu verbum Dei non scriptum. Communis Catholicorum contra modernos hæreticos, et habetur expresse ex *II ad Thessalonicenses II*, ibi: *Tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram*. Estque definitum in concil. *Trid.* sess. *IV*, *De canonicis Scripturis*.

(5. Traditiones divinæ sunt infallibiles fidei regulæ, ac verbum Dei scriptum. Communis inter Catholicos contra dictos modernos hæreticos. Et ratio est quia verbum Dei scriptum non habet, quod sit infallibilis fidei regula ex eo quod scriptum sit, sed ex eo quod a Deo procedat; sed æque procedit a Deo verbum Dei non scriptum, ac scriptum, ergo, etc. Scriptura enim confert ad memoriæ commoditatem, non vero ad rei veritatem: unde concilium *Tridentinum* cit. sess. *IV*, sic expresse habet: « Sacerdosaneta synodus traditiones, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ortenus a Christo, vel a Spiritu sancto dicta-

tas, et continua successione in Ecclesia catholica conservatas, pari pietatis affectu, ac reverentia suscipit et veneratur. » Et S. Joannes Chrysostomus in cit. *Epist. ad Thessalonicenses II*, sic dicit: *Hinc patet quod non omnia per Epistolam tradiderit, sed multa etiam sine litteris; eadem vero fide digna sunt tam illa quam ista*, quo pari sensu loquuntur cæteri sancti Patres.

(6. Traditiones pure Apostolicæ et pure ecclesiasticæ, quamvis, ut de se patet, non habeant parem cum traditionibus divinis seu Apostolico-divinis auctoritatem, nihilominus sunt ab omnibus observandæ, si sint

TRANSACTIO.

SUMMARIUM.

1. Transactio dupliciter sumitur, scilicet late, seu minus proprie et stricte, seu magis proprie. — 2. Transactio late seu minus proprie sumpta quid sit? — 3. Transactio stricte seu magis proprie sumpta quid sit? — 4. Tria ad transactionem strictam, et magis proprie sumptam requiruntur; primo quod fiat de re dubia. — 5. Hinc si tempore transactionis pars transgens certo cognoscat, sibi nullum in re, de qua transigitur, jus competere, tunc non valet transactio inde secuta, et tenetur in foro conscientie restituere totum id, quod ob talem transactionem ab altera parte recepit, seu ei debitum non dedit. — 6. Imo nedum in foro interno, sed etiam in foro externo invalida est talis transactio. — 7. Secundo requiritur ad strictam et propriam transactionem, quod fiat super lite incerta, et necdum finita. — 8. Tertio requiritur, quod non fiat gratis, sed onerose, aliquo hinc inde dato et retento, promisso vel remisso. — 9. Generatim et universim loquendo, transigere possunt omnes, qui liberam rerum suarum administrationem habent, easque aliis donare, seu quovis modo alienare possunt. — 10. Item generatim et universim loquendo potest fieri transactio de omnibus rebus dubiis et litibus incertis, de quibus id nullo jure prohibitum reperitur. — 11. Hinc super matrimonio nequit fieri transactio, nec amicabile compositio. — 12. Quamvis tamen fieri possit transactio, seu amicabile compositio super sponsalibus. — 13. Item fieri nequit transactio super relictis in testamento, vel codicillo, nisi prius inspectis cognitisque verbis illius. — 14. Item non valet transactio super alimentis in ultima voluntate relictis, nisi fiat causa cognita et auctoritate iudicis interveniente. — 15. De quolibet crimine capitali (excepto adulterio) licitum est transigere. — 16. De aliis autem criminibus, quæ pœnam sanguinis non irrogant, non est licitum transigere, præterquam de crimine falsi. — 17. Transactio super beneficio ecclesiastico, vel alia re spirituali cum interventu rei temporalis vicissim datæ, remissæ vel promissæ, neque privato partium consensu, neque auctoritate iudicis ordi-

(1. Transactio dupliciter sumitur, scilicet late seu minus proprie, et stricte seu magis proprie. *Communis*. (2. Transactio late seu minus proprie sumitur pro omni actu, quo ab obligatione receditur, et quasi transitur, ac negotium aliquod inter quosdam componitur, sive id fiat litis componendæ causa, sive non. Et juxta hanc acceptionem omnis distractus, et etiam res iudicata, jusjurandum, ac quodlibet pactum nomine transac-

(109) Præter Canum, Bellarminum cæterosque polemicos disputatores vide de traditionibus Pro-

universales. Ita Catholici communiter, concil. *Coloniens. II*, part. *IX*, cap. *1*, can. *Si quis omnem*, 2, caus. *1*, q. *7*. Unde S. Augustinus, epist. *118*, cap. *5*, loquens de his traditionibus sic expresse dicit: « Si quid horum tota per orbem frequentat Ecclesia... quin ita faciendum sit, disputare, insolentissimæ insanie est. » (7. Imo tales traditiones violans est anathema textu expresso in cit. can. *Si quis omnem* 2, caus. *1*, q. *7*, ibi: « Si quis omnem traditionem ecclesiasticam scriptam vel non scriptam violat, anathema sit (109). »

narii fieri potest absque labe Simonie, bene tamen gratuita et amicabile compositio. — 18. Potest tamen super spiritualibus fieri transactio absque labe Simonie, si detur spirituale pro spirituali. — 19. Transactio super spirituali subiectione est Simoniacæ, et consequenter illicita et nulla, si fiat dato vel remisso aliquo temporalis. — 20. Neque potest absque labe Simonie fieri transactio super jurepatronatus interventu rei temporalis ac pretio aestimabilis. — 21. Prælati seu rectores ecclesiæ nequit transigere de rebus ecclesiæ immobilibus vel pretiosis absque solemnitatibus a jure requisitis. — 22. Potest tamen prælati, seu rectores ecclesiæ transigere super juribus Ecclesiæ in præjudicium sui ipsius, ita ut talis transactio sit mere personalis, et non transeat ad successores. — 23. Talis autem transactio personalis super rebus, seu juribus Ecclesiæ sit realis, et obligat successores, si fuerit a Papa ex certa scientia confirmata. — 24. Transactio semel bona fide, ac legitime celebrata, invita altera parte transigentium, revocari, aut rescindi non potest. — 25. Imo talis transactio, nequidem interveniente rescripto principis, revocari valet. — 26. Item nec talis transactio rescindi potest prætextu instrumentorum de novo postea repertorum ad litem sopitam pertinentium. — 27. Dummodo tamen in supradictis nulla intervenerit fraus aut dolus. — 28. Unde si quis graviter lædat alterum in transactione, tenetur in foro conscientie ad restitutionem rei injuste acceptæ seu retentæ. Et insuper contra eum in foro externo datur actio de dolo malo, et rescinditur transactio, si dolus vere intervenisse probatur. — 29. Probabilis est quod transactio bona fide hic inde celebrata rescindi possit ob læsionem ultra dimidium. — 30. Est tamen vere probabilis etiam contraria sententia. — 31. Afferuntur varia decreta sacr. cong. Immunitatis concernentia transactionem inter ecclesiasticos et laicos, ad n. 37. — 38. Transactio super rebus ecclesiasticis nequit fieri sine beneplacito Apostolico; et si fiat cum reservatione ipsius, ante hujus impetrationem revocari potest. — 39. Alia ad rem ad n. 49.

tionis comprehenditur, l. *Hujus edicti* 1, § 3, et l. *Tres fratres* 35, ff. *De pactis*, l. *Jusjurandum* 2, ff. *De jurejurando*, l. *Transacta* 229, ff. *De verbor. significatione*. (3. Transactio stricte seu magis proprie sumpta est « de re dubia et controversa, sive lite incerta, et necdum finita, non gratuita, sed onerosa inter partes conventio, seu pactio vel compositio. » Desumitur clare ex l. *Qui transigit* 1, ff. *De transactionibus*, ibi: « Qui

dromum P. Gautier, diss. 3, art. 2, t. I *Thesauri theologici Zaccariani*, p. 204.

transigit, quasi de re dubia et lite incerta, neque finita transigit. » Et concordant l. *Præses* 12, l. *Transactio* 38, et l. *Jubemus* 43, cod. eod.

(4. Unde ex data definitione colligitur tria requiri ad strictam et propriam transactionem. Primo requiritur ut dicta transactio fiat de re dubia, ut sic distinguatur a pacto, quod est de re certa et indubitata, quæ per pactum subinde remittitur; per text. in l. 1, ff. *De transact.* Ad quod Glossa in Rubrica *De transactionibus* ante cap. *Sicut grave* 1, cod., hos duos affert vulgares versiculos:

Incerta de re transactio dicitur esse,
Sed fiunt certæ pacta favore rei.

(5. Hinc si tempore transactionis pars transigens certo cognoscat, sibi nullum in re, de qua transigitur, jus competere, tunc non valet transactio inde secuta, et tenetur in foro conscientie restituere totum id quod ob talem transactionem ab altera parte recepit, seu ei debitum non dedit, cum talis sic transigens nullum habeat justum titulum, vi cuius possit aliquid accipere, ut recedat ab actione, vel retineat id, de quo agitur, ut de se patet et docet communissima doctorum. (6. Imo nedum in foro interno seu in foro conscientie, sed etiam in foro externo invalida est talis transactio; vel ipso jure, si sit actor, qui sic transigat, sciens certo rem ad alteram partem spectare, ut constat ex l. in *Summa* 63, ff. *De condition. indebit.* Vel per exceptionem, seu replicationem doli, instante actore, rescindenda erit, si sit reus, qui sic transegerit, sciens certo rem ad actorem pertinere, uti habetur ex leg. sub *prætextu* 19, cod. *De transactionibus*, et docet Glossa in *Super eo* 6, verb. *Dato de transact.*; Abbas, *ibid.*, in fine; Molina, tract. 2, *De justitia*, disp. 553, num. 1; Pirrhing, lib. 1 *Decretal.* tit. 36, n. 3; Reiffenstuel, *ibid.*, num. 4; Engel, *ibid.*, n. 3, et alii passim.

(7. Secundo requiritur ad strictam et propriam transactionem, quod fiat super lite incerta, et necdum finita, quia, si lis jam sit per latam a iudice sententiam finita, et nulla fuerit super ipsa interposita appellatio, jam transit in rem judicatam, sicque non amplius locus est transactioni super ea, cum non amplius lis sit incerta, nam res judicata pro veritate accipitur, textu expresso in leg. *Res judicata* 206, ff. *De reg. juris*, ibi: « Res judicata pro veritate accipitur. » Unde in l. *Eleganter* 23, § 1, ff. *De conditione indebiti*, recte statuitur: « Si post rem judicatam quis transegerit et solverit, repetere poterit, idcirco quia placuit transactionem nullius esse momenti. » Et concordat textus expressus in leg. *Si causa* 32, cod. *De transactionibus*. Nec transactio est de qualibet re dubia, sed de re dubia propter litem jam motam, et necdum finitam, vel saltem movendam, utpote quia controversia, seu dubium inter partes ortum est, timetur quod lis possit in iudicio moveri, quamvis nondum sit mota; tunc enim inter partes ad eam controversiam

dirimendam et litem impediendam valide et licite possunt antea inter se transigere, textu expresso in leg. *Cum te* 2, cod. *De transactionibus*.

(8. Tertio requiritur ad strictam et propriam transactionem, quod non fiat gratis, sed onerose, aliquo hinc inde dato et retento, promisso vel remisso, textu expresso in leg. *Transactio* 36, cod. *De transactionibus*, ubi dicitur quod « Transactio nulle dato » (pro eo quod remittitur), « retento, seu promisso, minime procedit. » Et in hoc differt a compositione amicabile, quæ gratis fit, nullo dato, aut retento seu promisso, sed per ipsam pars debiti gratis remittitur et condonatur, c. *Super ea* 7, *De transactionibus*. Quamvis tamen compositio amicabile in largiori significatione interdum pro transactione sumatur, et econtra transactio pro amabili compositione, ut colligitur ex cap. *Ex litteris* 6, et cap. *Veniens* 8, *De transactionibus*.

(9. Generatim et universim loquendo transigere possunt omnes, qui liberam rerum suarum administrationem habent, easque aliis donare, seu quovis alio modo alienare possunt, arg. l. *In re* 11, cod. *Mandati*. Qui autem non possunt res alienare, neque circa illas transigere possunt. Transactio enim est species alienationis: Extravagant. *Ambitiosa*, *De rebus ecclesiast.* non alienand. Et sic tenent doctores communiter.

(10. Item generatim et universim loquendo, potest fieri transactio de omnibus rebus dubiis et litibus incertis, de quibus id nullo jure prohibitum reperitur; concessum enim intelligitur quidquid expresse prohibitum non reperitur, leg. *Nec non* 28, § 2, ff. *Ex quibus causis*; ff. l. *Testimonium* 1, § 1, ff. *De testibus*, l. *Mulus* 43, § 1, *De procuratoribus*; Glossa marginal. communiter recepta in cap. *Inter corporalia* 2, de translatione episcop., verb. *Non invenitur*. Econtra autem transactio fieri non potest super iis, de quibus aliquo jure prohibitum reperitur: juri enim publico nequit derogari pacto privatorum, textu expresso in l. *Jus publicum* 38, ff. *De pactis*, cap. *Si diligenti* 11, *De foro competent.* Unde immerito in cap. *Quæ contra* 64, *De reg. jur.* in 6, dicitur expresse: « Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. »

(11. Hinc super matrimonium nequit fieri transactio nec amicabile compositio, utpote expresse prohibita in c. *Ex parte sua* 11, *De transact.*, juncta Glossa communiter recepta, *ibidem*, verb. *Sacramentum*, ibi: « Sic patet quod in matrimonio transactio seu compositio non habet locum. » (12. Quamvis tamen fieri possit transactio seu amicabile compositio super Sponsalibus de futuro, cum ea dependant ex libero contrahentium assensu vel dissensu, nec ad id habeatur resistencia juris. *Communis*.

(13. Item fieri nequit transactio super relictis in testamento vel codicillo, nisi prius inspectis cognitisque verbis illius, textu expresso in leg. *De his* 6, ff. *De transactio-*

nibus, ibi: « De his controversiis, quæ ex testamento proficiunt, neque transigi, nec exquiri veritas aliter potest, quam inspectis cognitisque verbis testamenti. » Et concordat lex *Cum hi* 8, § 2, ff. eod. et lex *Omnibus* 1, § 1, ff. *Testamenta quemadmodum aperiantur*, ubi ad id requiritur insuper auctoritas judicis. Et ratio est quia tales transactiones sunt captiosæ, cum possint hæredes testamenta occultare, et facile legatarios inducere, ut modico statim sibi dato contenti, magna relicta, sive legata, inexpectato evenientia, et necdum certo scita, repudient, ut cavetur in cit. l. *Cum hi* 8, ff. *De transactionibus*, et sic deperiant cum non parvo boni publici præjudicio ultimæ defunctorum voluntates contra præscriptum l. *Habeat unusquisque* 1, cod. *De sacrosanctis ecclesiis*, l. *Vel negare* 6, ff. *Testamenta quemadmodum aperiantur*, can. *Ultima voluntate* 4, caus. 13, q. 2, cum similibus, ubi statuitur « quod ultima voluntas, seu dispositio defuncti modis omnibus servari debeat. »

(14. Item propter eandem rationem non valet transactio super alimentis in ultima voluntate relictis, nisi fiat causa cognita et auctoritate judicis interveniente. *Communis*, textu expresso in cit. l. *Cum hi* 8, ff. *De transactionibus*, ibi: « Cum hi, quibus alimenta relicta erant, facile transigerent, contenti modico præsentanti, divus Marcus oratione in senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore prælore facta; solet igitur prætor intervenire, et inter consentientes arbitrari, an transactio, vel quæ admitti debeat, ejusdem prætoris notio ob transactionem erit, sive habitatio, sive vestiarium, sive de prædiis alimentum legabitur. »

(15. De quolibet crimine capitali (excepto adulterio) licitum est transigere, textu expresso in leg. *Transigere* 18, c. *De transactionibus*, ibi: « Transigere, vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est. » Et ratio est quia licitum est unicuique sanguinem suum quovis modo redimere, corrumpendo etiam adversarium, ut ab accusatione desistat, textu expresso in leg. *In capitalibus* 1, *De bonis eorum qui sententiam*, ibi: « In capitalibus criminibus a principibus decretum est non nocere ei, qui adversarium corrupit, sed in his demum, quæ pœnam mortis continent, nam ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualitercunque redemptum voluerit. »

(16. De aliis autem criminibus, quæ pœnam sanguinis non irrogant, non est licitum transigere, præterquam de crimine falsi, textu expresso in cit. l. *Transigere* 18, cod. *De transactionibus*, ibi: « In aliis autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem. » Et ratio est quia hic cessat periculum capitis et sanguinis, et ideo transigentes excusationem non merentur; tum quia id exigit bonum commune reipublicæ, ne crimina maneant impunita.

Unde merito l. *In omnibus causis*, ff. *De prævaricatione*, statuitur quod in omnibus causis, præterquam in causa capitali et sanguinis, qui delatorem seu accusatorem corripit, pro victo habeatur, ibi: « In omnibus causis, præterquam, in sanguine, qui delatorem corripit, ex senatusconsulto pro victo habetur. »

(17. Transactio super beneficio ecclesiastico, vel alia re spirituali, de qua litigatur, neque privato partium consensu, neque auctoritate judicis ordinarii fieri potest absque labe Simonie, interventu rei temporalis vicissim datæ, remissæ vel promissæ; bene tamen gratuita et amicabile compositio *Communis*, textu expresso in c. *Super eo* 7, *De transactionibus*, ibi: « Transigi super re sacra et litigiosa non potest, etenim res sacræ, ut possideantur aliquo dato vel remisso, sive promisso, speciem credimus habere Simonie. Alias si gratis, et amicabile inter se litigantes componant, sacris canonibus nequaquam dicimus obviare. » Et concordat cap. *Constitutus* 4, eod. et cap. *Exhibita* 9, *De rerum permutat.*, cap. *Cum pridem* 4, *De pactis*; Pitonius, *De controvers. patronor.*, allegat. 100, n. 661 et seq., cum aliis ibi allegatis.

(18. Potest tamen super spiritualibus fieri transactio absque labe Simonie, si detur spirituale pro spirituali, ut si decimæ litigiosæ pro parte per transactionem dividantur, aut clerici pro jure decimandi controverso sese obligent ad administranda sacramenta, et hujusmodi. *Communis*, arg. cap. *Ad questiones* 6, juncto ejus summario *De rerum permutat.*, ubi habetur expresse quod spiritualia possunt adinvicem permutari, adeoque potest etiam super eisdem transigi.

(19. Transactio super spirituali subjectione est Simoniacæ, et consequenter illicita et nulla, si fiat dato vel remisso aliquo temporali. *Communis*, textu expresso in cap. *Præterea* 10, juncto ejus summario *De transactionibus*.

(20. Neque potest absque labe Simonie fieri transactio super jurepatronatus, seu præsentandi ad beneficia, interventu rei temporalis ac pretio æstimabilis. *Communis*, textu expresso in cap. *Præterea quando* 9, *De transactionibus*. Et ratio est quia res spiritualis non potest absque Simonia dari aut promitti pro re temporali, citat. cap. *Super eo* 7, *De transactionibus*. Juspatronatus autem vel secundum se, et intrinsece est spirituale, ut tradit Glossa in d. cap. *Præterea quando*, verb. *Simoniacæ*, ibi: « Quia juspatronatus est spirituale, » vel saltem spirituali annexum, cap. *Quanto* 3, *De iudiciis*, juncta Glossa, *ibid.*, verb. *Connexa*; unde, ut ibi dicit Glossa, « spirituale censetur propter connexitatem, » et ideo non potest super ipso transigi interventu rei temporalis, sine labe Simonie, cum ipsa non solum committatur in spiritualibus, sed etiam in spiritualibus annexis, c. *Si quis objecerit* 7, caus. 1, q. 3, quia de connexis idem est iudicium, c. *Translatio* 3, *De constitutionibus*. Unde ob id juspatro-